Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber XVII de avctoribvs rervm rvsticarvm [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

N latinum significat nomisma grecum id ē solidum I B. iota adiuncto beta significat dimidiū solidum aleua index/tera se diuidentes ·significat dragma · q̃m etiam olcen appellāt Virgule due ex vno angulo N·L·latino adiūcto gāma greco significat semiuncia·L·O Gamma autē grecum litere·o·latinū in fine adiuncto significat vnciam·A·I ·lauta grece per mediū sui·I·latino subiecto significat libram·K·I kapa grece circa finē cornu adiuncto·I greco significat ciatū K· O Si vero o·latinū habuerit ·adiūctum eminam demonstrat ·quam greci cotulā vocant. Σ E·grecum si acceperit·e·latino adiunctū ·significat sextarium· Σ O·si o. adiunctū latino ·signicat acitabulum qd greci oxifalon vocāt·N M·mo grecū superposito·n·latino significat mna. A latinum in fine habens lauta grecum· significat talentum A.O grecum in dextero brachi supeerio·o·litera coniuncta ·renix est

INCIPIT·LIBER·XVII·DE·AVCTORIBVS·RERVM·RVSTICARVM

Ca·1

RERVM·RVSTICARVM SCRIBENDI·SOLERCIA·APVD·GRECOS·PRIMVS·ESIODVS·BOecius humanus studiis cōtulit. Deinde democtus magnus quoq; cartaginēsis i xxviii·voluminibus studiū agcolationis cōscripsit. Apud romanos autē de agricultura primus cato instituit ·Quam deide marcus terētius expoliuit ·Mox virgilius laude carminum extulit. Nec minus studium habuerunt pre modum·cornelius celsus·& iulius·articus·emilianus·siue colomella insignis orator ·q totū corpus discipline eiusdem cōplexus Primum ad aratrum boues iunxisse ferum·quēdam priuatum hominem·fulminatū nomie omogirum. Quidam autem osirim dicūt esse artis huius inuentore ·quidam trepto/lemum. Et hic questio est·quomodo primum ceres·ferro in grecia vertere terram instituit· Sed ferro qualicumq; nō speciāliter vomere·aut aratro. Stercorandi agri rationem primus induxit. quidam nomine stercutus in italia. Cuius ·ara apico dedicata est rome. Nic plura instrumenta agriculture repperit Primusq; agros firmauit·eundem quidem saturnū putauerūt

vt maiorem illi nobilitatē facerēt·hoc nomine qd' splendide so/
naret·& dignitatem tituli comparārent

De · Culturis Agrorum Ca·ii·

Cultura est·qua frumēta vel vina magno labore aqui/
runt·ab i colendo vocata. Diuicie antiquorū eni i his
duobus erāt·bene pascere·& bene arare. Cultura agri
cuius aratio intermissio·incensio stipularū·stercoratio·occatio
runcatio Cinis est incendium per qd' ager in vtilem humorē
exsudat. Aratio dicta quia de aere prius terre culturā exerce
bant·ante quam ferri fuisset vsus repertus Duplex aratio est
vernalis·& autūnalis· Intermissio est qua alternis annis va/
cuus ager vires recipit. Stercoratio est letaminis aspersio. Ster/
cus autem vocatum·vel quia sternitur i agris·vel quia exstergi
opporteat quitquid solidum in ciuitate reddundat· Idem &
fimus est qui per agros iacitur. Et dictus fimus qd' fiat imus
id est stercus·q̃ vulgo letamen vocatur. eo q̃ suo nutrimento
leta faciat germina·reddatq; arua pinguia & fecunda Occatio
est cum rustici satione facta bubus dimissis grādes glebas ce/
dunt ac ligonibus frangunt. Et dicta occatio quasi obecatio·
qd' operiat semina. Occare igitur est operire terra·semina vites
vel arbores· Runccatio est·a terra herbas euellere·nam rus
terra est. Sulcus a sole vocatus·quod procisus solem capiat
Veractum dictum quasi vere actum·id est verno aratum
Procisio est aratio prima cum aduc ager durus est Satio
dicta quasi semis actio·vel quasi satorum actio. Serere autē
vocatum·quia hoc sereno est cēlo faciendum non per imbres
Hinc & illud virgilianum·nudus ara·sere nudus. Messes a
metendo·id est a recidendo dicta. Seges enim a semīe dicta
quod iacimus·siue a sectione

De frumentis Ca·iii

Prima ceres cepit vti frugibus i grecia et habere segetes
translatis aliūde seminibus. Huius meminit ouidius
Prima ceres vnco gleba dimouit aratro · Prima dedit
fruges alimentaq; initia terris. Frumēta sūt ꝓprie q̃ aristas
habet. Fruges autē reliquē·frumēta autem vel fruges·a fru/
mendo hec est a uescendo dicta. Nam frumen dicitur summa
pars gule Primitie proprie sunt·quē frugibus precerpuntur
Triticum vel atritura dictum quod purissimum horreo co/
datur·vel quia granum eius commolitur & terit· Far dicit

eo q̃ inicio frangerẽt · apud antiquos enĩ molarũ vsus nondũ
erat · sed frumentum inpila missum frangebant · & hoc erat ge/
nus molendi ¶ Ad horreũ ttici genus · q̃ vulgo idẽ semen dicit
¶ Edor quondam appellatũ ab edendo · quia eo p̃mo vsi sunt
homines · siue q̃a insacrificio ipsius generis panis ad aras of/
ferebatur. Vnde & adorea · sacrificia dicuntur. ¶ Siligo genus
tritici · a selecto dictum. Nam in pane species eius precipua est
¶ Trimense triticum ideo nuccupatum · qui a satum post tres
menses colligitur. Nam vbi propter aquam aliam ve causam ·
matura satio obmissa est · presidium ad hoc petitur ¶ Alica gre/
cum nomen. ¶ Halicastrum simile ẽ halice · pondere & boni/
tate precipua ¶ Ordeum dictũ q̃ preceteris generibus frumẽti
antea fiat aridum · vel q̃ spica eius ordines habeat. Horum tria
sunt genera · Primum exaticũ vocat eo q̃ spica eius ordines · vi
habeat. Q̃ quidam canterinum appellant · quoniam animalia
melius q̃m triticum pascit · & hominem salubris q̃m malum
triticum. Alterum disticum eo q̃ duos ordines habeat · hoc/
plenq̃ calaticum dicunt. Tercium trimense q̃a cum cogit ne
cessitas · verno seminatur · & celeriter colligit. ¶ Scandula a di/
uisione vocata · duplex enim. Scanditur id est que diuiditur
¶ Centenum appellatum eo q̃ inplerisq̃ locis · iactus seminis
eius · in incrementum fruges centesimum renascatur. ¶ Hinc
& milium a multitudine fructus vocatũ. ¶ Panicum dictũ
quod multis ĩ regionibus ex eo panis vice homines sustentãt
quasi panis vitium ¶ Pistum a pasto ¶ Sisanum grecum no/
mẽ ẽ ¶ Farrago a farra dicta · est enĩ erba ordeatia aduc viridis
necdum granis ad maturitatem turgentibus. ¶ Spicam ma/
turis frugibus abusiue dicimus. Nam proprie spica est cũ per
culmi folliculum id est extremum tumorẽ ar ste aduc tenues
ĩ modum spiculi eminẽt. Arista appellata · q̃ prius ipsa arescat
¶ Culmus est ipse calamus spice qui a radice nascat · Et dictus
calmus quasi calamus. ¶ Folliculus est theca frumẽti in qua
granum seruatur interius ¶ Hec super spicam vallo instructa
munimen pretendit deuium minorum morsibus · ne spica suis
fructibus exuatur · aut vestigiis proteratur ¶ Stipula sũt folia
vel vagine · quibus culmus ambitur · atq̃ fulcitur · ne pondere
frugis curuetur · que ambiunt culmen. Et dicta stipula quasi
vsta & quasi vstibula. ¶ Stipula dicta ab vstu · quasi vstulata.

Collecta enim messe vritur· propter culturá agri. Item stipula vel quia pars eius vritur· pars interdum pro palea preciditur Palea a quibusdam vocari dicitur· q̃ palea ventiletur· vt frumenta purgentur. Gentiles autem paleam a quadam pale frugum inuentrice vocauerunt· quam cererẽ esse volunt. De qua virgilius· Te quoq̃ magne pales· & memorande canemus· Itẽ alii a pabulo nunccupatá dicunt paleam· q̃ ea primum sola in pascédis animalibus prebeat Cuius natura ex contrario tanto é frigida vt obrutas niues fluere nó sinat· adeo calida vt maturescerè poma cópellat

De· Leguminibus Ca· iii

Legumina a legendo dicta· quasi electa. Veteres enim meliora queq̃ eligebant. siue q̃ manu ligantur· nec sectionẽ requirát. Liguminú plura genera. Ex q̃bus faba lenticula· pisum· faselum· cicer· lupinú· gratiora in vsu hominú videntur Faba greca ethimologia a vescendio vocabulú súpsit· quasi faba. Fagi enim grece· comedere est. Primum eni homines hoc legumine vsi sunt. Huius species due sunt. Quarú altera cómunis· altera egiptia. Faba fresa dicta eo q̃ homines eam frendant id est frangat· & molendo cóminuant Lentis vocata· q̃ humida & lenta sit· vel q̃ adhcreat humi. Faselum autem & cicer· greca noia sút· sed faselum· lupinum· grecum & ipsum nomen est De quo virgilius· tristisq̃ lupini· quia vultum gustantis amaritudine tristát. Vnde eú pre amaritudine nec vermis· nec vllum animal comedit. Medica vitia· herbe pabulorum optime sunt Medica dicta quia a medis translata est in gretiá· tépore quo eam xerxes rex persarum inuasit. Nec semel serit· & x· annis permanet· ita vt iiii· vel· vi· possit recidi per annum. Vicia dicta· q̃ vix ad triplicem pueniat fructú Cum alia leguminia prouentú habeant fertilem. Vnde & virgilius· vt tenuis fetus vitia. Risa qd ea pensebatur· aliquid auri minutum. Nam pis aurum dicit. Erbum a greco de auctoribus rerum rusticarú trahit vocabulum. hoc eni illi orabú dicunt· q̃ dum sit pecoribus infestú· tauros tamé pigues efficit

De· Vitibus Ca· v

Vitis plantationem primus noe instituit· rudi aduc seculo. Apud grecos autem inuentorem vitis liberum appellauerút. Vnde & eum gentiles post mortem deum esse voluerút. Vitis dicta q̃ vim habeat cicius radicádi

Alii putant vites dictas eo q̃ inuicē se vitis nnectāt vicinis q̃ arboribus reptando religentur. Est enim earū natura flexi/ bilis que quasi brachiis q̃busdam quitquid cōprehenderint ꝛstringunt ¶ Labusca est vitis agrestis que i terre marginibus nascit. Vnde & labrusca dicta a labris & extremitatibus terre ¶ Codex dictus quasi caudix sic enim veteres & clodum pro claudo dicebant ¶ Sarmenta a serendo dicta sunt ¶ Malleo/ sus ē nouellus palmes innatus prioris anni flagello. Cogno/ minatus quia ob similitudinem rei qd̄ i ea parte qua deciditur ex veteri sarmento prominēs vtrumq̃ mallei speciem prebeat Spadones sunt surculi fruge carentes ex ipsa appellatione qd̄ sint inhabiles fructu & sterilitate affecti. ¶ Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi siue quia longius recessit a matre ex qua prosiluit seu quia acuminis tenuitate teli speciē profert. ¶ Sumitates vitiū et fruticum flagella nuncupantur eo q̃ flatu agitētur ¶ Palmes vitis materia mollis qui per no/ uella brachia emissus fructū affert. Nam ideo rustici partem vitis palmitem dicunt. Palmes diminutiuū enim nomē ē qd̄ nomen paragogorum dicit quod a palma deriuetur. Palma enim habet nomen propriū quod dicitur principale ab eo q̃ ex sese deriuatiuū faciat ¶ Pampinus ē folium cuius subsidio vitis a frigore vel ardore defenditur atq̃ aduersus omnē iniu riam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est & solem ad ma/ turitatem fructus admittat & vmbram faciat. Et dictus pam pinus qd̄ de palmite pēdeat ¶ Caprioli dicta eo quod capiāt arbores. Sūt enī cincinni siue vncinuli q̃bus se innecter e vites & sustinere arboribus solent. Quo amminiculo freti palmites ventos ac turbines cōtenedere queāt et sine lapsu periculorum fructus suos sustineant ac sese vaga proceritate diffundant ¶ Corimbi enim sunt nuli qui proxima queq̃ alligāt & compre/ hendunt ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissi/ pentur. ¶ Vue dicte q̃ intrinsecus humore sūt plene suciq̃ & pīguedinis. Nam humidum est quod exterius humorē habet vuidū qd̄ interius ¶ Acina botrus ¶ Racemus est botonis pars et botrio grecū est suburbane vue q̄dam dicunt fructus earū escā veluti pomū in vrbibus vēditur. Commendat enim eas et species & saporis iocunditas ¶ Ex quibus sunt precoq̃ duraci ne p̄pure dactile rodice libice ceraunice stephanite tripidiane

vnciarie · cidonite . Durabiles autem per totum hiemẽ venicule
& numisiane ¶ Precoque vocate · q̃ cito matureſcẽt · & ante oẽs
ſole coquantur · Has greci lageos dicunt · qd̃ currant ad matu
ritatem veloci ter vt lepus ¶ Purpuree a colore dicte ¶ Vnciane
a magnitudie ¶ Dactile a longitudine ¶ Stephanite a rotun/
ditate. ¶ Rodie & libice · a regionibus nũccupate ſunt ¶ Cerau
nice vero quod rubeant · velut ignis ¶ Genera autem vuarum
que vino deſeruiunt plurima ¶ Ex q̃bus aminea dicta · quaſi
ſine mineo id eſt ſine rubore. Album enim vinum reddit. Que
cum ſit vnius nominis · non vnam ſpeciem reddit. ¶ Aminee
duo gemmine · ab eo dicte · quod duplices vuas mittant ¶ Ami
nea lagana quia plus omnibus laneſcit · lanugine ¶ Rubiliane
dicta · quia eius materia rubet ¶ Fecinea minutinatia · & dure
cutis vuas habet · nobilitate amineam ſequitur · fecunditate pre
cedit. Quam pro inde facienam vocant · quod plusq̃m cetere
feces afferent. ¶ Apiane vinum dulce faciunt. Quas niſi cito
legas · pluuiis & ventis · & maxime apibus infeſtãtur · quarum
depredatione apiane cognominate ſũt ¶ Balanite a magnitu/
dine nomẽ ſumpſerunt. Balanin grece · grande vocatur ¶ Bitu/
rica a regione nomen ſortita eſt · turbines & calores · & pluuias
fortiſſime ſuſtinens · nec in macra terra deficiens ¶ Huius me
riti & baſiliſca ẽ ¶ Argitis g̃cula vitis generis albi ferrilis · vaſtã
materiam & breuem · & latum folium mitens. Cuius fructum
n ſi primo tempore colligas · aut ad terrã deſiderit · aut humore
putreſcit ¶ Inerticula nigra eſt · quam greci amarition vocant
bouium & leuis a quo etiam nomen traxit · quod iners intẽp/
tandis neruis habeat̃ · q̃uis guſtu non ſit hebes. ¶ Mareotice
a regione egipti mareotis dicte · vnde prius venerunt · ſunt enĩ
et albe et nigre ¶ Elbole quas quidam varias appellant · neq;
ꝓpuree · neq; nigre · a belbo colore ita dicte ſubalbi tamẽ muſci
Elbum eſt nigrum · cãdidumq; colore . Nam elbum · nec albũ
nec nigrũ eſt. ¶ Tertius locus eſt vitium que ſola fecunditate
commẽdantur abundancia copioſa · multumq; vinum fluens
¶ Viticonia vuas grandes · magis q̃m multas habet . Nomen
autem hoc inde ſumens q̃ multum vinum fluat ¶ Siriaca vel
q a de ſiria albata · vel quia nigra. Multa autem genera vitium
que tamen mutacione loci & qualitatem & nomen admittũt
¶ Vitibus inter cetera magis iſta cõueniũt. Oblaqueatio putato

propaginatio·fossio ¶ Oblaqueare est circa codicem terrá aperire vel vt lacos efficere·hoc aliq excodicare appellant ¶ Putare é virgam ex vite superuacuam resceare cuius flagellis luxuriat Putare enim dicit purgare id est amputare. ¶ Traducere transducere ¶ Propaginare vero flagellum vitis tre submersum sternere & quasi porro pãgere ¶ Hinc propagines·a propagare ac protendere dicte. ¶ Fodere vero est foueam facè. quasi fouere

De · Arboribus Ca·vi·

Arborum nomen siue herbarum ab aruis inflexũ dicit No qꝑ terris fixis radicibus adherent. Vtraq; autẽ ideo sibi pene similia sũt·qa ex vno alter gignitur. Nã dum sementem in terram ieceris ·herba prius oritur·deinde confota surgit in arborem ·et infra paruũ tempus q̃m herbam videras arbustam suspicis ¶ Arbusta autem arbor nouella & tenera in qua insertio fieri potest. Et dicta arbusta q̃si arboris asta. Alii autẽ arbustam locum ĩ quo arbores sunt volunt accipere sicut salectum ·sic & virecta ·vbi virgulte nouelle & virentes. ¶ Arbor & fructifera & sterilis·arbos autẽ non nisi fructifera. Genere autẽ feminino arbores dicimus·poma vero neutro ¶ Frutex breuis est appellatus ·qꝑ terrá fronde tegat. Cuius plurale nomẽ frutecta ¶ Arbor alta est ¶ Silua non spissum nemus & breue. Silua dicta ·quasi xilia · qꝑ ibi ligna cedant̃. Nam greci xilon lignum dicunt. Multa enĩ nomina grecum plerũqꝫ ethimologiam recipiunt ¶ Nemus a numinibus nucupatum quia pagani ibi idola constituebant·Sunt enim nemora arbores maiores·vmbrose frõdibus ¶ Lucus ẽ densitas arborũ solo lucẽ dethentes. Tropo antifrasin eo qꝑ non luceãt siue a luce qꝑ ĩ eo lucebãt funalia vel cerei·ꝓpter nemorũ tenebras ¶ Saltus ẽ & densitas arborũ alta·vocata hoc noĩe·eo qd̃ exiliat in altum in sublime cõsurgat ¶ Auiaria secreta nemora·dicta qꝑ ibi aues frequentant. ¶ Recidiua arborum sunt·q̃ ex aliis sectis repullulant. Alii recidiua a cedendo dicunt·qa post casum nascunt̃ Alii a recidendo & repulluando dixerũt. Ergo recidiuum vbi mors aut casus ¶ Insitio dicitur·cum fisso trunco·surculus fecunde arboris sterili inserit̃ ·aut oculorũ impositio ·cũ incisio corticis libro aliene arboris germen immittit̃. ¶ Plante sũt de arboribus ¶ Plantaria non que ex seminibus nata sunt·cum radicibus & a terra propia trnasferuntur. ¶ Cespites frutices

ſunt·quaſi cuſpites vel quaſi circa pedes ¶Frondes ſunt·quod
ferant virgultas vel vmbra. Sunt autem & cauſa vmbrarum
¶Oculi nodi ſunt ex quibus frōdes exeunt ¶Radix appellat̃
q̃ quaſi radiis quibuſdam fixa terris in ꝓfundum demergit̃
.Nam phiſici dicūt parem eſſe altitudinem radicum & arborū
Alii radicē aſimilitudine radiorū dictā putant vel qa ſi eradat̃
non repullulat ¶Truncus eſt ſtatura arboris inſiſtens radici
¶Corticem veteres corucem vocabant. Dictus autem cortex
qd̃ corio lignū tegit. ¶Liber eſt corticis pars interior·dictus
a liberato cortice id eſt ablato. Eſt enim medium inter lignum
& corticem ¶Ramiſūt qui de trūco manēt·ſicut a ramuſculis
cetera ¶Surculi a preciſione ſerre nuncupati. ¶Virgultum eſt
quod de radice pullulat ¶Ramus q̃ de ipſo robore arboris·vir/
ga que deramis ¶Proprie autē virgultū appellatur qd̃ a radi/
ce arboris naſcitur & q̃ſi inutile ab agricolis amputatur. Et
hinc dictum virgultum·quia ex virga tollitur ¶Virga autem
a vi vel a viriditate dicitur. q̃ vim in ſe multam habeat·vel
a viriditate·vel qa pacis indicum eſt quod vi regat. Vnde &
hac vtunt̃ magi·adplacādos inter ſe ſerpentes·& idcirco in ea
hos ſuſtinent inligatos. hac etiā philoſofi ac reges·& magiſtri
& nuncii·ac legati vtūtur. ¶Flagella dicūtur vt predximus
ſumme arborum partes ab eo q̃ crebras ventorum ſuſtineant
flatus ¶Cimas vocatas q̃ſi comas ¶Folia grece·folia dicūtur
Inde eſt hoc nomen ad nos deriuatum ¶Flores nominati q̃
cito defluāt de arboribus·quaſi fluores q̃ cito ſoluantur. In hiis
duplex eſt gratia·coloris & odoris·Auſtro enim flores ſoluūtur
zephiro fiunt ¶Germen dicimus ſurculum pregnantem a ge/
rendo·vnde & germinatio ¶Fructus nomē accepit a frumine
id eſt eminente gutturis parte qua veſcimur·vnde & fruges
Fructus autē ꝓprie nomen dicūtur agrorum·& arborū q̃bus
vtiq̃ vtimur. In animalibus vero abuſiue & tranſlatiue vocari
fructū ¶Roma dicta ab opimo id ē a copia vbertate. Matura
dicuntur·qa apta ſunt ad mandendū. Sic & inſūt matura qa
prius q̃m immatura fiant·dura admandendū. ¶Ligna dicta
quia incenſa conuertuntur in lumen·vnde & licinium dicitur
quod lumē dat ¶Haſtula a tollendonū cupata·quaſi abſtula
¶Fomes ē haſtula·que ab arboribus excutitur·reciſione aut
aſtule ambuſte·aut ligna cauata·a fungis nomine acepto qd̃

ita capiat ignem. De quo virgilius · rapuitq; in fomite flammã
¶ Torris lignum adustum qd vulgus titionẽ appellat · extrac/
tum foco · quasi semiustum et extinctum ¶ Quisquilie stipule
immixte surculis · ne foliis aridis. Sunt autem purgamenta ter
rarum. ¶ Caries putredo lignorũ · dictum hoc nomen q; eue/
niat lignis virtute carentibus

¶ De · Propriis · nominibus arborum. ¶ Ca · vii

Palma dicta · q a manus victricis ornatus est · vel q; op/
pansis est ramis in modum palme hominis · Est enim
arbor insigne victorie · p ceroq; ac decoro virgultu diu/
tinisq; vestita frõdibus · & folia sua sine vlla successione cõser/
uans. Hanc greci fenicem dicunt · q; diu duret ex nomine auis
illius arabie · q multis annis viuere perhibetur · q dum in mul/
tis locis nascatur · non i omnibus fructus perficit maturitatẽ
Frequẽter autem in egipto & siria ¶ Fructus autẽ eius dactili
a digitorum similitudine nuncupati sunt · quorũ etiã & noia
variantur. Nam alii appellantur palmule similes miroballani
alii tebaici qui & nicolai · alii mucales q̃s greci cariotas vocãt
¶ Laurus a verbo laudis dicta · Hac enim cum laudibus victo/
rum capita coronabantur · Apud antiquos autem laudea no/
minabãt. Postea · d · litera sublata & subrogata · r · dicta est lau/
rus · vt in auriculis que initio audicule dicte sunt & medidies
que nunc meridies dicitur. Hanc arborẽ greci daphnem vocãt
q; nunq̃m viriditatẽ deponat. Vnde illa potius victores coro/
nantur. Sola quoq; hec arbor · vulgo fulminari minime creditur
¶ Malum a grecis dictum · q; sit fructus eius pomorum om/
nium rotundissimus · vnde & hec sunt vera mala q vehemẽter
rotunda sunt. ¶ Mala maliciana a loco vocatum · vnde prius
aduectum est. Nam multe arbores nomina ex prouinciis vel
ciuitatibus de quibus allate sũt acceperũt · virgilius amãtibus
q d ex malo queri soleat ostẽdit ¶ Mala cidonia nomẽ sumpsit
ab oppido quodam in insula creta. De qua greci dicere solent,
vibiũ cretensiũ matrem cidoniam. De cuius pomo cidonetũ
conficit. Nit quo ex ea vinũ quo languẽtium desideria fallunt.
Nam sepcie & gustu · et colore cuiuslibet vini veteris imaginẽ
representat ¶ Malomellum a dulcedine appellata · q; fructus
eius mellis saporẽ habeat · vel q; in melle seruetur. Vnde & qui
dam · si tibi cicropio saturata cidonia melle · ponẽtur hec dicas

melli mella placent. ¶ Malumpunicum dici ·eo q̃ ex punica regione sit genus eius translatum. ¶ Idem & malagranatum eo q̃ intra corticis rotunditatem·granorũ contineat multitudinem ¶ Arbor autem mala granata ẽ generis feminini·pomũ vero neutri generis est. ¶ Flores malorũ a grecis appellati sunt qui tinas latini caducum vocãt. ¶ Agrestium autem malorũ flores greci balaustion appellauerũt·quorũ alii albi·alii p̃puret alii rosei reperiuntur similes floribus malipunici. Negant medici malipunici cibo corpora nostra nutri·sed eo sic opinantur vtendum ·vt medicare potius q̃m alere videat̃ ¶ Malum psicũ cuius breuis ad modum vita concessa est·trium generum fert̃ esse duacenus·armenicus·& psicus. ¶ Duracinus appellatus eo q̃ pomum eius in gustu aquorẽ referat ·vel i celestis amore referat ¶ Armenicus dicit̃ q̃ primum genus eius ab armenia sit ad uentum. ¶ Persicum vocatum·q̃ eam arborem primus i egipto seuerit persius ·a quo se oriũdos ptolomei ferebant·hec i persida fructum generat interfectoriũ·apud nos autem iocũdum ac suauem. Horum autem precox·aliud vocatur estiuum ¶ Medica arbor cuius nomen etiam carminibus mantuanis inclaruit·a sportata amedis·vnde & vocabulum sumpsit. Hãc greci cedromala·latini cedriam vocãt·q̃ eius pomum aut folia cedri odorem referant. Malum eius inimicũ venenis·& hoc ẽ qd̃ idem poeta intelligere voluit cũ traderit ex illa foueri animam. Nec arbor omni pene tẽpore plena est pomis quia in ea partim matura·partim acerba. partim in flore sunt aduc posita q̃ inceteris arboribus rarum est ¶ Mella q̃m greci latonappellant·que vulgo propter formam & colorem faba sirica dicitur Arbor est enim magna fructum ferens cõmestibilem maiorẽ pipere gustu suaui·vnde & mella vocata ¶ Coquimella q̃ latini ob colorem prunũ vocãt. Alii a multitudine enixi fructus enixam appellant. Cuius generis damascena melior a damasco oppido·vnde prius asportata ẽ dicta ·Cuius solum pomum stomachum mederi probatur. Nam cetera noxia perhibentur. Nec sola arbor gummi glutinosum·& compactiuum distillat quo & medici vtunt̃. ¶ Oleomella nascitur in palmaria sine ciuitate ex eo ita vocata q̃ ex eius trunco oleum defluat incrassitudine mellis sapore suaui. ¶ Pomelida sorbo similis·mediocris arbor & flore candido dicta quod dulcis sit

fructus eius & acuto sapore commixta hec arbor aspera etate durat exigua. ¶ Melofos arbor in africa punica ligua vocata ex qua profluit lentus sucus qui a loco amoniacus nomiatur ¶ Mespila arbor spinosa fructus similitudine malorum sed paulo breuiore vnde et appellata q̃ pillule formã habeãt eius poma. ¶ Pirus vocata videtur q̃ in ignis speciem deformata ẽ Nam hoc genus pomi ab amplo incipit & in angustum finit sicut ignis. Pirus autem arbor fructus autẽ eius pira ẽ. Cuius multe species sunt. Ex quibus crustanice sunt. Pira ex parte rubentia crustomanominata. Poma piri iumentis imposita vel si pauca vehemẽter onerosa esse dicunt. ¶ Cerasus a cerasa vrbe ponti vocata. Nam lucullus cum cerasum ciuitatem ponti delesset hoc genus pomi inde aduexit. Et a ciuitate cerasium appellauit. Arbor autem cerasus pomum cerasium dicitur. Hoc etiã & ante lucullum erat in italia sed durum. Vnde & cornu appellatum est. Est autẽ arbor apta hastilibus. Vnde virgilius bona bello cornus. ¶ Ficus latine a fecũditate vocat̃ feratior est enĩ arboribus cereris. Nam terq̃ q̃terq̃ per singulos annos generat fructũ atq̃ altero maturescente alter oborit̃. ¶ Hinc & carices a copia nominate. Ficus egiptia fecũdior fertur. Cuius lignũ in aqua missum illico mergit̃ & cum in limo aliq̃m diu iacuerit deinde in superficiẽ sustollit̃ versauice nature quoniam madefactum debuit humoris pondere residere. Antẽa athlete ficis alebant̃ priusq̃m eos pitagoras exercitator ad carnis vsum qui fortior cibus est transtulisset. A senibus in cibo sepius sumpte ficus rugas eorũ ferẽ distendere. Tauros quoq̃ ferocissimos ad fici arbor ligatos repente mansuescere dicunt ¶ Caprificus appellata eo q̃ parietes q̃bus innascitur carpit Rumpit enim & prodit ex latebris quibus concepta ẽ. Alii caprificum putãt dictum q̃ ficus arbor eius remedio fecundet ¶ Morus a grecis vocata quam latini rubum appellant eo q̃ fructus vel virgulta eius rubent. Est enĩ morus siluestris fructus afferens quibus in deserto pastorum fames ac penuria confouet̃. Nunus folia super iactata serpẽti fert̃ intimi ¶ Sicomorus sicut & morus greca noia sunt. Ob hoc dictus qd̃ sit foliis similis moro ¶ Hanc enĩ latini celsam appellant ab altitudine quia non est breuis vt morus. ¶ Nux appellata q̃ vmbra vel stillicidium foliorum eius noceat proximis arboribus. Nanc

alio nomine latini ioglandum dicunt q̃si iouis glandem. Fuit enim arbor consecrata ioui. ¶ Cuius pomum tantam vim habet vt missus inter suspectos herbarũ vel fungorum cibos qcquid in his virulentũ est exsudat rapiat atq; extinguat. ¶ Nuces generaliter dicuntur omnia poma tecta corio duriori·vt pinee nuces·auellane·glandes·castanea·amigdale ¶ Hinc & nuclei dicti. qd̃ sint corio duro tecti. ¶ At contra omnia mollia poma mala dicta·Sed cum adiectione terrarum·ĩ qbus antea nata sunt vt persica·punica·maciana·cidonia et cetera ¶ Amigdala grecum nomen est·que latine nux longa appellat̃. Hác alii nuciclam vocant.quasi minorem nucem·De qua virgilius Cum se nux plurima siluis induit in florem. Cunctis enim arboribus prior se ĩ floré conuertit·& ad inferéda poma arbusta sequẽtia preuenit ¶ Abellane ab ellano campanie oppido vbi abundant cognominate sunt. Nec a grecis ponticæ appellãtur eo q; circa ponticum mare abundant ¶ Castaneam latini a greco appellant vocabulo. Nanc enim greci castaneá vocát ꝓpter qd̃ fructus eius gemini in modum testiculorũ intra folliculũ reconditi sunt sic nominauerũt. Qui dum eiciuntur quasi castrãtur. Nec arbor si multũ ex cisa fuerit·tanq̃m silua expullare cõsueuit ¶ Lex ab electione vocata. Huius enim arboris fructũ homines primi ad victũ sibi elegerunt. Vnde & postea mortales primi ructabant gutture glandem. Prius enim q̃m frumẽti vsus esset antiqui homines glande vixerũt ¶ Suberies arbor ex qua validissimus cortex·natatorius extrahitur & ob hoc sic appellata suberies q; fructus eius sues edunt. Porcorũ enim sunt alimenta·non hominũ. Et dicta suberies quasi subedies. ¶ Fagus & esculus arbores glandiffere·ideo vocare creduntur·q; harum fructibus olim homines vixerut cibumq; sumpserunt escamq; habuerũt. Nam esculus ab esca dicta. Fagus vero a greco vocabolum traxit. Fagi autẽ grece comedere dicit ¶ Xilicon quá latini corrupte siliq̃m vocát. Ideo a grecis tale nomẽ accepit eo q; ligni eius fructus sit dulcis Xilo qppe dicũt lignum licon dulce. Huius arboris pomo sucus expressus acatia a grecis dicit. ¶ Pistatia q; cortex pomi eius nardipistici odorem referat ¶ Pinus arbor picea ab acumine foliorũ vocata. Pinum enim antiqui acutũ nominabant. Pinum autẽ aliá pitin·aliam greci peucen vocant quá nos piceá dicimus

eo q̃ desudat picem. Nam & specie differunt. In germanie autē
insulis huius arboris lachrima electrum gignit. Gutta enim
defluens rigore vel tepore in soliditatem durescit & gemmam
facit dequalitate sua & nomen accipiens id est sucinum·eo q̃
sucus sit arboris. Pinus creditur prodesse cūctis que sub ea se/
runtur sicut ficus nocere omnibus. ¶ Abies dicta q̃ pre ceteris
arboribus longe eat & in excelsum ꝓmineat·cuius natura ex/
pers est terreni humoris ac proinde habilis atq; leuis habetur
De qua virgilius. Et casus abies visura marinos·quia ex ea na
ues fiunt. Hanc quidam gallicam vocant propter candorem·ē
autem sine nodo. ¶ Cedrus quā greci cedoros vocāt quasi ce/
omenes duriofioron id est arboris humor ardentis·Cuius fo/
lia ad cipressi similitudinem respōdent. Lignum vero iocundi
odoris est & diu durās·nec a tinea vnquam exterminatur. De
q̃ persius. Et cedro digna locutus ē·scilicet propter durabilem
ꝓpetuitatem. Vnde & i tēplis propter diuturnitatē ex hoc ligno
lacunaria fiūt. Huius ligni resina cedria dicitur·que in conser
dis libris adeo est vtilis vt plinius ex ea nec tineas paciant nec
tempore consenescāt. Nascit i creta africa atq; sina ¶ Cipressus
grece dicit q̃ caput eius a rotunditate in acumē ꝰgitur·vnde
& conon vocaturid est alta rotūditas ¶ Hinc & fructus eius
conus·quia rotūditas eius talis est vt conum imitetur. Vnde
& conifer cipressi dicuntur. Huius lignum cedro pene proxi/
mam habet virtutem·templorū quoq; trabibus aptum impe/
netrabili soliditate. Nunquā enim oneri cedit·sed ea q̃ in prin/
cipio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cipressi ramos prope
rogum constituere solebant·vt odorem cadauerum dum vre/
rentur opprimeret iocunditate odoris sui ¶ Iuniperus grece di
citur·siue qd̃ ab amplo in angustum finit vt ignis. Iuniperus
autem alia parua·alia magna est. ¶ Euenus autem in india &
& ethiopia nascit·qui cesus durescit in lapidem. Cuius lignū
nigrum est·& cortex leuis vt lauri. Sed indicum maculosum
est in paruulis distinctionibus albis ac fuluis. Ethiopicum
vero qd̃ prestantius accipitur in nullo est maculatum sed est
nigrum·lene & corneū. Est autē mareotica palus i india vnde
euenus venit. Lucanus euenus mareotica inqt. Euenus autē
crepūdiis inligatur vt infantem visu nigra non terreant ¶ Pla/
tanus ab altitudine foliorum dicta vel q̃ ipsa arbor patuia sit

A 1

& ampla. Nam platos grece latum dicitur. Expressit huius ar/
boris scriptura & nomé & formam dicens · quasi platanus di/
latata sum in plateis. Est autem tenerrimis foliis ac mollibus
& vitium similis. ¶ Quercus siue quernus q̃ ea soliti erant
dii gentium querẽtibus responsa precanere. Arbor multũ an/
nosa · sicut legit̃ de quercu mambre · sub qua habitauit abrahã
que fertur vsq̃ ad cõstantis imperium per multa secula perdu/
rasse ¶ Huius fructus galla appellat̃ ¶ Ex q̃bus vna agrestis
bonfanticis dicta parua forma · sed firmo corpore atq̃ nodoso
que medicaminibus & incaustis adhibetur. ¶ Altera balanis
lenis ac leuis & nimium perforata lucernarum tantum vsibus
necessaria ¶ Fraxinus vocari fertur q̃ magis in aspera loca mõ/
tanaq̃ fraga nascantur. Hinc per diuuationem fraxinus sicut
a monte montanus. De · qua ouidius & fraxinus vtilis hastis
¶ Taxus venenata arbor · vnde et toxica venena exprimũt. Ex
hac arcus parthi & alie gentes faciunt. Vnde & poeta · Istireos
taxi torquentur i arcus · Istireos audiũt parthicos ¶ Acer colo
nibus impar ¶ Robur autem generaliter dicitur ex omni mate
ria q̃cquid est firmissimum. ¶ Alnus vocata q̃ alatur amne
Proxima eni aque nascitur · nec facile extra vndas viuit. Hinc
& tenera & mollis q̃a in humecto loco nutrit̃ ¶ Vlmus nomé
accepit q̃ vliginosis locis et humidis ꝓficit melius · Nam i mõ
tanis & asperis minus leta é ¶ Larex cui hoc nomen a castello
laricino inditum é · ex qua tabule tegulis adfixe flammam re/
pellunt · neq̃ ex se carboné ambuste efficiunt ¶ Populus dicta
q̃ eius calce multitudo nascitur · cuius duplex genus é. Nam
altera est alba · altera nigra · Alba autem populus dicta quia
folia eius vna parte sunt alba · altera viridia. Nec ergo bicolor
habens quasi noctis & diei notas que tempore ortus solis oc/
casuq̃ constat. Generat etiã resinã circa eridianũ fluuium. Vel/
ut alii memorant in finibus sirie ¶ Tiliũ dictũ eo q̃ sit vtilis ad
vsum telorum nitore & leuitate iaculandi · Est enim leuissime
materie ¶ Salix dicta quod celeriter saliat hoc é velociter crescat
Arbor lenta vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc
dicũt esse naturã ut si q̃s illud inpoculo hauserit liberis careat
sed & feminas fecũdas efficiat. Populus aut é & salix & tilium
mollis materie sunt & sculpture apte. ¶ Vimen vocari eo q̃ vi
habeat multam viroris · Natura enim eius talis est vt etiam

arefacta si abluatur virescat deinde excisa atq; in humum fixa a radicibus sese ipsa demergat. ¶ Mirice quā latini tramariciam vocāt ex amaritudine nominata. Gustus enī eius nimis amarus est. Nec arbor in solitudine & saxoso humo nascitur. Ex q̃ etiam arbore maleficis artibus mitra id ē odio concitari dicūt ¶ Mirtus a mare dicta · eo q; litorea sit arbor. Vnde virgilius Litora mirtetis letissima. Et amantes litora mirte hic ē q; a grecis mirtine dicitur. Medicorum autem libri hanc arborem scribunt mulierum aptam necessitatibus plurimis ¶ Lentiscus q; cuspis eius lentus sit & mollis · Nam lentū dicimus quicquid flexibile est & lentum vimen & vites. Vnde virgilius. Et lente vites pro flexibiles. Huius fructus oleum desudat. Cortex resinam que mastix appellatur. Cuius plurima genera · sed melior in chio insula nascitur ¶ Terebintus arbor grecum nomen generans · resinam omnium resinarum prestantiorē ¶ Buxus grecū nomen est · ex parte a latinis corruptū · pixos enī dicit̃ apud eos arbor semp virēs et lenitatem materie · elemētorū apicibus apta vnde & scriptura. Scribe buxo ¶ Rodendarū vocatur q; sit foliis lauri similis flore vt rosa. Arbor venenata interficit enī animalia & medetur serpentiū vexaciones ¶ Herbitum vocauerūt pastores · eo q; vice herbe prebeatur pecoribus vbi pascua desunt ¶ Turbiscus · q; de vno cespite eius multe ūgulte surgāt quasi turba ¶ Arundo dicta q; cito arescat · ¶ Hanc cannam vocauerunt · arundinem postea varro dixit. Sciendum sane q; latinum canna de lingua ebrea sumpsit · aput eos enim calamus canna dicitur. ¶ Cicuta autem est · qd̃ est inter cannarū nodos · dicta autem qd̃ lateat in indicis stagnis · nasci arundines calamiq; dicūtur ex quarum radicibus expressum suauissimum sucum bibunt. Vnde & varro ait. Indica non magna arbore crescit arūdo · Illius & lentis premitur radicibus humor Dulcia cui nequeunt suco concedere mella ¶ Sambucus mollis & peruia arbor ¶ Ramus est genus rubi · quā vulgo sentice vrsinam appellant aspera nimis & spinosa. ¶ Sētix dicta a situ q; est terra inculta in qua sentices spineq; nascūtur · ¶ Maiores autem nostri omnem arborem spinosam veprem dicebant q; viprendant ¶ Oleaster dictus qd̃ sit foliis oliue similis sed latioribus · arbor inculta atq; siluestris amara atq; ī fructuosa · cui insertus oliue ramus vim mutat radicis & vertit eam ī propriā

qualitate. Lachrima oleastri arboris duplex. Alia enim gumi similat sine vllo qualitati morsu. Alia amoniaci gutta ex distillatione collectam ac remordentem. Oliua grece oleon dicitur ex quo in latinum tractum est vt oliua dicatur. Olea autem ipa arbor est·fructus eius oliua·sucus oleum. Este nim arbor pacis insignis·cuius fructus diuersis nominibus appellatur. Orcades oliue greca ethimologia a similitudine testiculorū vocate·quos greci oros vocant. Radiole pro eo q̃ oblonge sunt in modum radiorum. Pauiae a pauo insula dicte·vnde prius adlate sunt. Lichinie eo q̃ optimū dent lumen. Nam lichnis lumen est. Vnde & lignum nomen accepit·quia aptum & flammis et luminibus ē. Pausia quā corrupte rustici pausiam vocant viridi oleo & suaui apta·& dicta pausia qd̃ paciatur id est tundatur. Vnde & pauimentū. Siria dicta pro eo q̃ de siria est ad ata siue q̃ a nigra est. Crustumia id ē euolemis·dicta eo q̃ volā compleat magnitudine·hoc est medium manum. Vnde & muolare dicimus. Quidam autem volemū gallica lingua bonū & magnum intelligunt. Colimbades appellate. Oleum autem ab olea nominatum. Nam vt diximus olea ē arbor·vnde diriuatiuū fit oleū. Sed q̃ ex albis fuerit oliuis expressum vocat̃ hispanū·a grecis onfation appellatur. Quod autē ex fuluis & nōdummaturis fuerit expressum viride appellatur. Quod vero ex nimium maturis commune dicitur. Ex his ad vsum vite primum est hispanum·secūdum viride·tercium commune. Amurca olei pars aquosa a mergendo dicta·id ē q̃ ab oleo se mergat & fex sit eius. Hāc greci amurciā vocant·ex latina lingua trahētes vocabulū. Gūmen grecum nomen est·hoc enim illi gummi dicūt. Resinā greci retinā vocant. Rei enī grece dicitur q̃ quid manat. Est enī lacrima sudore exhalata lignorū vt cerasi·lentisci·balsami vel reliquarum arborum siue virgultorum que sudore produntur sicut & odorata orētis lingua sicut gutta balsami·ac ferularum siue succinorum cuius lacrima durescit in gemmam. Prima est resina terebintina omnium prestantior. Affertur autem ex arabie patria·atq̃ iudea et siria·cipro·affrica ex insulis quoq̃ cicladibus. Secunda est lentiscina que mastix vocatur·hec ex chio insula deportat̃. Tercia pinalis quarum alia pitinis·alia piotine·alia liqda·alia arida & afferūtur ex tirena colophonia

vnde etiam nomen resina colophonia sumpsit ¶ Pix grecũ no/
men est quã illi pisam vocant. Alii volunt ex pino picẽ vocari
hec a grecis appellatur dodonia nos ramalem dicere possumus
cuius probabilis splendens lenis & munda ¶ Creandarum ar
borum naturaliter tria sunt genera · aut eni sua sponte nascunt
aut ex seminibus forturtu iacẽtibus surgunt · aut ex radicibus
pululant nam cetera vsus inuenit faucte natura ¶ Omnia po/
ma latini neutri generis esse dicũt. Arbores autẽ feminini fere
sunt generis · exceptis paucis vt hic oleaster hoc siler. Virgilius
Vt molle siler. Item hoc buxum licet & buxus dicit. Nam su/
perfluam quidam volunt facere discretionem vt hec buxus de
arbore dicamus · buxum vero de ligno composito

De · Arboribus Aromaticis ¶ Ca · viii

Aromata sunt quecq; flagrantis odoris que india vel ara/
bia mittit siue alie regiones. Nomen autẽ aromata tra/
xisse videntur siue q; aris imposita diuinis inuocatio/
nibus apta videntur siue q; sese aeri inserere ac miscẽri ꝓbantur
Nam quid est odor nisi aer contactus ¶ Thus arbor arabie im
mensa atq; ramosa · lenissimi corticis ramis adiceris qualitatem
amigdale modo sucum aromaticum fundens album et masti/
catione velut in puluere resolutum & circumfrangitur intus
pingue est & igni adpositum facile ardescit. ¶ Et appellatur
apud nos masculus eo q; sit natura rotũdum in modum testi/
culorum. Reliquum planũ & pene scabrosum minus optimũ
Adulterat enim mixta resina siue gummi. Sed dinoscitur sua
proprietate. Nam thus igni positũ ardescit resina fumescit · gu/
mi vero liquescit calefactũ. Tus autẽ sine aspiracione a tunden
do dicitur · qa dum gummi gutte ex arbore cadunt in glebis
miscentur · dum vero glebe in puluerem rediguntur tus carpit
& virgultis tunditur & sic inde manibus tollitur ¶ Hoc & li/
banum vocatũ a monte arabie vbi sabei sunt. Nam mons eorũ
libanus dicit vbi tura colliguntur. ¶ Mirra arbor arabie alti/
tudinis quinq; cubitorum similis spine · quam achãtem dicũt
Cuius gutta viridis atq; amara · vnde & nomen accepit mirra
Gutta eius sponte manãs preciosior est. Elicita corticis vulne/
re vilior iudicatur · sarmenta eius ignibus arabes fouent. Quo/
rum fumo satis noxio nisi ad odorẽ storacis accurrant · plerũq;
insanabiles morbos contrahunt. ¶ Mirre autem trogodite ab

insula arabie dicta·vbi melior colligitur & purior ¶ Storax ar
bor arabie similis malo cidonii .Cuius virgule intra canicule
ortum cauernatim lacrimam fluunt· Distillatio eius in terram
cadens munda non est sed qd' proprie corticis scrobe seruatu
Illa autem que virgis & calamis inheserit munda est & albida
De hinc fulua fit solis causa. ¶ Et ipsa storax calamites pīguis
resinosa odoris iocūdi·humecta & veluti mellosum liquorem
emittens ·Storax autem dicta q̃ sit gutta arboris profluens &
congelata .Nam greci stiriam guttam vocant·grece autē stirax
latine autem storax dicit ¶ Bidella indie & arabie arbor·cuius
lacrima melior arabica· Est autē dulcida subalbida·leuis pīg/
uis equaliter cerea· & que facile molliatur neq; ligno vel terrae
cō mixta amara odoris boni .Nam ex india sordida est et nigra
& maiori gleba. Adulteratur enim admixto gummi·que non
ita amarificat gustu. ¶ Mastix arboris lentisci gutta est·haec
granomastix dicta ·quia in modum granorum ē ·Melior autē
in chio insula nascit odoris boni candoris cere punice . Vnde
& splendorem guttis pulcrificat ·adulteratur interdum resina
vel thure. ¶ Piperis arbor nascitur in india ·in latere montis
caucasi ·Qui soli aduersus est. Folia ad iuniperi similitudinem
Cuius siluas serpentes custodiūt sed incole regionis illius cū
mature fuerint incendunt & serpentes igne fugantur·& inde
ex flamma nigrum piper efficitur .Nam natura piperis alba ē
Cuius quidem diuersus est fructus· ¶ Nam qd' immaturatū
est piper longum vocant ¶ Quod incorruptum ab igne piper
album. Quod vero cute rugosa·& torrida fuerit ex calore ignis
trahit & colorem & nomen ¶ Piper si leue est vetustum est·si
graue nouellum . Vitanda est autē mercatorum fraus. Solent
enim vetustissimo piperi humecto argenti spumam aut plum/
bum aspergere vt ponderosum fiat ¶ Aloe in india atq; arabia
gignitur·arbor odoris suauissimi ac summi. Deniq; lignū eius
vice timiamatum altaribus adoletur . Vnde & nomen traxisse
creditur ¶ Cinamomū dictum q̃ cortex eius in modum cane
sit rotundus & gracilis. Gignitur autem in indie & ethiopie re
gionibus·frutice breui duorū tantū cubitorū·colore subnigro
vel cinereo tenuissimarum virgarum. Nam quod i crasitudine
extentum dispectui est .quod vero gracilius venerit eximium,
qd' cum frangitur visibile ex se spiramentū emittit·ad imaginē

nebule seu pulueris. ¶ Amomum vocatum q̃ veluti odorem cinamomi referet · nascitur in siria & armenia. Frutex botruo/ sum semẽ reddens sibi connexum flore albo veluti viole foliis similibus brionie odore etiam somnos suauificat ¶ Cassia nas citur in arabia virga robusti corticis & purpurei foliis vt pipe/ ris · Est autẽ virtute cinamomi similis · sed potẽtia inferior. Vn de pro cinamomi vice duplex eius pondus in medicamẽtis ad miscetur ¶ Calamus aromaticus a similitudine calami vsualis vocatur · Gignitur in india · multis nodis geniculatus fuluus flagrans spiritus suauitate. Qui cũ frangitur in multas fit par/ tes scissilis. similans gustu cassiam cum leui acrimonia remor/ denti ¶ Balsami arbor in iudea intra terminos tantum viginti iugerũ erat. Posteaq̃m eandem regionem romani potiti sunt etiã latissimis collibus propagata est. Stirpe similis viti · foliis similis rute sed albioribus semperq̃ manentibus. Arbor autẽ balsami. ¶ Lignum eius xilobalsamũ dicitur. ¶ Fructus siue semẽ carpobalsamũ sucus opo balsamũ · qd̃ ideo cũ adiectione significatur · eo q̃ pcussus ferreis virgulis cortex ligni per cauer nas eximii odoris guttã distillat. Cauerna enĩ greco sermone ope dicitur. Cuius guttam adulterant admixto ciprino oleo vel melle. Sed sincerus probatur a melle si cum lacte coagula uerit · Ab oleo si instillatus aque aut admixtus facile fuerit re/ solutus. Preterea et si lanee vestes ex ipso pollute nõ maculant̃ Adulteratus quidem neq̃ cum lacte coagulat & vt oleum ĩ aq̃ supernatat & vestem maculat. Balsama autẽ si pura fuerint tan tam vim habẽt · vt si sol incãduerit sustineri ĩ manu nõ possint

¶ De · Herbis · Aromaticis · siue · communibus ¶ Ca · viii

Estant & quarũdam herbarum nomina que ex aliqua sui causa resonant habentes nominum explanationem non tamẽ omnium herbarum ethimologiam inuenies Nam pro locis mutant̃ etiam nomina. ¶ Folium dictum qd̃ vlla radice innatans in indie litoribus colligatur q̃ ligno pfo/ ratũ siccant indi atq̃ exponunt. Fertur autẽ paradisi esse herba gustu nardũ referẽs ¶ Nardus herba est speciosa · vnde & a gre cis nardostacos appellatur. Quarũ alia indica · alia sirica vocat̃ Non q̃ in siria nascat̃ · sed q̃ mons in quo inuenitur alio latere indiam exspectat alio siriam. Est autem indicum multiforme sed melius siriacum. Leue · fuluum · comosum · spica · paruum ·

odoratissimum ciprum similans q̃ si multum i ore tardauerit
linguam siccat ¶ Nardus celtica a regione gallie nomen traxit
Nascitur enim sepius in ligirie alpibus & in siria · frutice paruo
radicibus in manipulo collectis ligamentis flos eius tantum
propter odorem bonum · tirsi eius atq; radicule vtiles probant
vsibus nostris. ¶ Costum radix est · nascétis in india · arabia · &
siria · sed melius arabicum . Est eni album & leue suaue iocúdi
odoris . Indicum colore atro & leue vt ferule . Siriacú vero pó/
dere graue colore buxeo · odore acro summum tamé album leue
aridum gustu incendens ¶ Crocum dictum ab oppido cilitie
quod vocatur corintium quamq̃m & alibi nascatur nó tantú
vel tale quale icicilia · Vnde a potiori parte nomé accepit . Nam
multe res nomina sumpserunt · a locis vbi plus proueniunt &
melius aliquid . Optimum autem est qd̃ fuerit recens odoris
boni albedine parua · porrecte longitudinis integrum & neq;
in fragmenta comminutum · inspiratione bona . Et cùm carpit
manus inficiens & leuiter acre . Quod si huiusmodi non fuerit
aut vetustum aut infusum agnoscitur . Adulteratur autem ad
mixto croco magnate augédi quoq; ponderis causa spuma ar/
genti contrita adiicitur ¶ Proditur si puluerulentum reperitur
atq; decoctú ab odore proprio fuerit lapsum. ¶ Crocomagma
expressis aromatibus crocini vnguéti atq; informato redimine
in panusculos fit & ideo sic appellatum. ¶ Asarum nascit̃ in
vmbrosis mótibus · floribus cassie similibus · inter que flos iux/
ta radicem purpureus in quo semen continetur vuarum simile
radicibus plurimis atq; tenuissimis & bene redolentibus & ê
virtute similis nardo ¶ Fu nascitur in ponto foliis oleastro si/
milibus. ¶ Quiparú a grecis vocatú q̃ habeat virtutê feruentê
radix eius iúci trianguli foliis porri similibus radicibus nigris
siue contiguis in similitudine oliuarum odoratissimis atq; acer
rimis . Nascitur in paludibus atq; vacuis locis . Traditur etiam
alia species quipari que in india nascitur & appellatur lingua
eorú zigiber ¶ Iris illirica a similitudine iris celestis nomê acce/
pit . Vnde & a latinis arcumê dicitur · q̃ flos eius coloris varie
tate eundem arcum celestê immittet̃ . Illirica autem dicitur q̃ a
in illiria plurima & violentissima est . Species eius foliis gladi/
oli similibus . Radice aromatica odoris boni ¶ Acorum foliis
iridis similibus radicibus acerrimi odoris sed iocundi · propter

q̃ et aromatica ē ¶ Meocardamomū squinum melior q̃ in eu/
frate nascitur quo qd̃ ī arabia fuluum multi florum purpureū
tenue odoris rosei · cum manu cōfriccatur gustu multū incen/
dit linguam atq̃ mordet · Huius flos squinuātus dicit̃ · antos
enim grece flos dicit̃ ¶ Timum appellatū q̃ flos eius odorem
refert. De quo virgilius. Redolētq̃ timo flagrātia mella ¶ Epi/
timum grecū nomē qd̃ latine dicit̃ flos timi. Nam flos grece
timum vocatur · est autē flos timbre similis · ¶ Samsucus quē
latini amaracū vocant · Cuius nominis vsum virgilius ad ve/
nerem referens ait · vbi mollis amaracus illum floribus aspirās
amplectitur vmbra. Apta est autē hec herba vnguentis · vnde
& nomen traxit ¶ Amaracus a puero cuiusdam regis qui casu
lapsus dum fertur & vnguenta nouum & gratissimum ex con
fusione odorem creauit ¶ Hiacintus herba est · habens florem
purpureum · Traxit autem nomē a quodam puero nobili qui
in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus. De/
dit q̃ nomē herbe puerilis funeris casus. Est autē radice & flo
re viole similis · pueros a pubertate retinens. ¶ Narcissus herba
fabulose impositum nomen habet a quodam puero · cuius mē
bra in hunc florē trasierunt qui & nomen narcissi in appellaci/
one custodit & decus pulchritudinis in cādore retinet foliorū
¶ Rosa ab specie floris nuncupata q̃ rutilanti colore rubeat ·
¶ Lilia lactei floris herba · vnde et nūcupata quasi lidia. Cuius
dum cādor sit in foliis auri tamē species intus effulget. ¶ Viola
propter vim odoris nomē accepit. Huius tria sunt genera. pur/
pureum · album · mediū ¶ Achantus herba egiptia semper frō/
dens spinis plena · flexibili virgultu · in cuius immitatione arte
vestis ornatur que achantica dicit̃ ex achantis dicta. ¶ Edera
dicta q̃ arboribus reptando adhereat. De qua virgilius. Inter
victrices ederam tibi serpere lauros. Alii ederam aiunt vocatā
q̃ hedis supra lactis abundatima in escam a veteribus prebeat̃
Edere frigide terre indices sunt. Nam secundū fisicos ātiforma
ebrietatis est si qui potus edera coronetur. ¶ Elleborū memo
rant in grecia circa elleborū quendam fluuiū plurimū gignit
atq̃ inde a grecis appellari · Hoc romani alio nomine veratrū
dicunt pro eo qd̃ sumptū motam mentem in sanitatem reducit
Duo sunt autem genera · album · & nigrum. ¶ Acone portus ē
bitinie qui prouentu malorum graminum vsq̃ adeo celebris ē

vt noxias herbas aconita illic nominemus . Nam toxica vene/
na eo dicta qd ex arboribus taxeis exprimantur maxime apud
cantabriā. ¶ Euforbium dictum q̃ eius sucus oculorū accuat
visum . Cuius vis tāta est · vt duris carnibus supadiecta cicius
coqui cōpellat . Nascitur in multis locis · sed plurima in mauri
tania. ¶ Laser herba nascitur in monte ascobagi vbi & gandes
fluuius oriť . Cuius sucus primum dictus lacsir quō manat in
modum lactis · deinde vsu diriuante laser nominatur ¶ Hocet
a q̃busdam opium cirenatium appellatur quō & apud cirenas
nascitur ¶ Aloen herba amarissimi sucus ¶ Panacis herba fla/
grantis odoris tirso ferule similis ¶ Ex quo profluit sucus qui
opopanacis dicit croceus & pinguis odore grauis & amarissi/
mi. ¶ Galbanum est genus pigmenti albi · crescens in monte
amomo sirie · vel sucus ferule ¶ Dictanmus mons crete ex quo
dictamum herba nomē accepit · vnde virgilius , Cerua vulne/
rata saltus peragrat dictāmos. Tante enim potentie est vt ferrū
a corpore expellat · sagittas excutiat . Vnde & eius pabulo ferae
percusse · sagitas corpori inherētes eiciūt . Hanc quidam lati/
norū puleium martis dicūt , ppter belli tela excutienda ¶ Ma/
dragora dicta · eo q̃ habeat mala suaue olentia i magnitudine
malimaciani . Vnde & eam latini malum terre vocant . Hanc
poete antropomorpheos appellant q̃ habeat radicem formam
hominis similantem · antropos enim grece latine dicit homo
Cuius cortex vino mixta ad bibendum datur his quorum cor
pora ppter curam obsecanda sunt · vt soporati doloré non sen/
ciāt. Huius species sunt · ii · femia foliis lactuce similibus mala
generās in similitudine prunarum . Masculus vero foliis bete
similibus ¶ Papauer herba somnifera soporem enim languen/
tibus facit · vnde virgilius ¶ Letheo pfusa papauera somno · alia
é vsualis alia agrestis · de qua fluit sucus quē opion appellant
¶ Coloquithida cucurbita agrestis et vehementer amara que
similiter vt cucurbita per terrā flagella tendit . Dicta autē colo/
quinthida q̃ sit fructu rotūda atq̃ foliis vt cucumeris vsualis
¶ Centauria greci vocant quoniā a chirone centauro ferť repta
Eadem & limnisios quia locis humectis nascitur · Eadem &
fel terre propter amaritudinem. ¶ Glicinza grece ex eo dicta q̃
dulcem radicem habeat. Glicin enim greci dulce dicunt. Eadē
ad ipsos quia sitientibus sitim sedat ¶ Dracontea vocata q̃ asta

eius varia sit in modum colubri·similitudinéq; draconis imi/
tetur·vel q; eam herbam vipera timeat. ¶ Celidonia ideo dicit
vel q; aduentu hirundinum videtur erumpere·vel q; pullis hi/
rundinum si oculi auferantur matres eorum illos ex hac herba
medere dicunt. ¶ Heliotropia nomé accepit primo q; estiuo sol/
stitio floreat et solis motibus folia circũacta conuertat. Vnde
et a latinis solsequia nuncupatur. Nam sole oriéte flores suos
aperit·et sero cũ sol occubuerit recladit. Ipsa est q̃m latini incu/
bum siluaticum vocãt. Nec & ferrucaria q; extiguat verrucas
ex aqua potata vel ĩ cataplasmate posita abstergat ¶ Pentafilon
a numero foliorũ dicta q̃m latini quinq; foliorũ vocant herba
adeo munda vt purificationi & templis adhiberi a gentilibus
solita esset ¶ Hisopus herba purgãdis pulmonibus apta. Vn/
de & in veteri testamẽto per isopi fasciculos aspergebant agni
sanguine qui mundari volebant. Nascitur in petris herẽs saxo
radicibus. ¶ Reubarbarũ siue reuponticũ illud q; trans danu/
bium in solo barbarico istud q; circa pontum colligitur nomi
natum. Reu autẽ dictum qd̃ sit radix quasi radix barbara·vel
quasi radix pontica. ¶ Iusq;amos a grecis dicta·a latinis herba
calicularis q; caliculi eius in figuram cantarorum nascãtur·vt
est malipunici quorum ora serrata sunt·habentes intrinsecus
semina papaueri similia. Nec herba insana vocãt q; a vsus eius
periculosus est. Deniq; si bibatur vel edatur insaniam facit·vel
somni imaginem torpidam. Hanc vulgus milimindrum di/
cit. propter q; alienationem mentis inducit. Vtilis autem cõtra
humorem nexanicum sed custodiẽdus qui eam accipit vsq; in
crastinum ab eadem hora qua illam bibit ne per insaniam ali/
quid contrarietatis exerceat. ¶ Saxifraga vocata·q; semen eius
petras in vesica frangat atq; cõminuat ¶ Gentiana nomẽ sump
sit vt medici cõmemorant ab inuentore·radicibus aristolocie
similibus·nascitur sub alpibus atq; in gallitia asie ¶ Satureia
calida & prope ignita. Vnde illi nomẽ inditũ credunt q; pro/
nos faciet ĩ venerem. ¶ Satirion dicta a satiris propter incẽdi/
um libidinis·quã vulgus stincum vocat venerẽ enim suscitat
. Eadem & oricis q; radix eius ĩ modum testiculorum sit quos
greci orci vocant·Item & leporina q; caulem mollem emittat·
¶ Vrtica ex inde dicta q; tactus eius corpus adurat. Est enim
ignee omnino nature·& tactu perurit·vnde & prurigenẽ facit

Et vtilis valde puluis eius ad sanguinem stagnãdum ¶ Arte/
misiã herba diane a gẽtilibus consecrata est·vnde & núcupata·
Grece enim diana artemis dicitur. Est enim apta medicinis &
potui sumpta aufert dolorem cordis & pro fluuium sanguinis
¶ Camimelus grece dictaq; malimaciani odorem habeat sitq;
breuis ac terre vicina ¶ Amidrios a gcis appellata q; sit breuis
& per terram strata & minuta foliis paruissimis ¶ Peon qdam
medicus fuit a quo peonia siue peonilla herba perhibet inuẽta
vt homerus dicit·hanc qdam glisidẽ vocant·q; dulcis saporis
sit·vel pentorobiná a numero granorũ·vel vt alii putãt dacti/
los a digitorũ similitudine nascitur in siluis ¶ Boglossos a gcis
dicta eo q; folia asprima habeat i modum lingue bouis. Quod
mirum in modum ob sapientiã nutriẽdam vino infundenda
a veteribus memoratur. Conuiuii quoq; hilaritatẽ prebere fert
& pro holere etiam sumitur. ¶ Arnoglossos id est agni lingua
q̃ a romanis plantago dicitur·q; planta eius cito adhereat terre
pro holere hanc multi vescuntur ¶ Erpillus qui apud nos ser/
pillus vocat ureo q; radices ipsius lõge serpẽt eadem & matris
animola propter q; menstrua moueat ¶ Aristolocia dicitur q;
mulieribus fetis optima sit. Natura supersessa post partũ mat/
cem beneficio vaporis expurgat. Huius genera duo sunt·qua
rum vna aristolocia rotunda dicitur ꝓpter q; rotundam radicẽ
habeat·Altera aristolocia longa q; a longũ radicem habet cum
ramis et foliis longioribus quam etiam & dactilinam vocant
q; sit radice robore digitali et longa·altera rotũda ¶ Erigomon
dicitur·q; vere primo senescat·vnde & eam latini senicionẽ vo/
cant. nascitur per macerias ¶ Psillios dicta q; semẽ pulici simile
habeat·vnde et eam latini herbam pulicarẽ vocant ¶ Gerabota
ne ideo a grecis nomẽ accepit·q; remediis & ligaturis hominũ
& purificationibus sacerdotum a gentibus apta probaretur·
Vnde & eam pontifices sagmẽ appellabant·quasi sencimẽ·hec
& verbena quia pura·ꝓficit enim friuoliticis sibibãt ¶ Paliu/
rus herba asperrima & spinosa pungens & retinens vulnerans
appropinquantem sibi adunco dente comprehendens ¶ Stru
tios quã q dam herbam lanariam vocãt eo q; ex ea pleriq; lanã
uent·nascitur locis cultis ¶ Splenos dicta eo q; splenẽ auferat
¶ Cimitia propter similitudinem cimicis dicta. Vnde & eam
greci corionẽ vocauerunt. Nascitur i locis asperis atq; incultis

Marubium quod greci prasium dicunt vocatũ propter ama
ntudinem · nascit̃ in campis. Cuius vis equaliter mixtus cum
oleo tisicis & tussientibus proficit · & vocis raucitudinem me/
detur. Absinthium grecum nomen cuius probabilis genus
est qd̃ i ponti regione nascitur. Vnde et absinthium ponticum
nominat̃. Est enim amarũ gustu · & suauis odore temperamẽ/
tum corpori prestat. Cuius contusa folia auferendis doloribus
vel ad contusiones corporum vtilissima cõprobantur. Sim/
phatus grece dictus · eo q̃ tantam virtutem in radice habeat · vt
frusta carnis aspersa in cacabo coagulet. Polipodion herba
cuius radix hirsuta atq̃ crinita vt ẽ polippus ex quo deriuatũ
vt polipodion diceretur. Nascitur in tenebris petrarũ terris siue
querculis vicinis. Polius a grecis a latinis omnimorbia q̃
multis morbis subueniat · nascitur in montibus et duris locis
Scamonia quã latini diacridium vocãt herba suco plena q̃
colligitur sub cauata radice. Deinde terrã rotunda cauitate fo/
diunt subpositisq̃ cocleis aut nucis foliis excipitur sucus atq̃
siccatus auferitur. Veniet autem sepius probabilis ex misia asiae
Nuic contrarius atq̃ falsus ex siria et iudea Daucus foliis fe
niculi similis tirso bipalmis. Citocatia vocata q̃ ventrẽ cito
depurgat quã vulgus corrupte citicotia vocat. Lappa dicta
q̃ habeat caulem ingentem per terram dispositam. Nec herba
a grecis filantropos vocat̃ · q̃ vestibus hominum inhereat ob
aspertatem sui · nascit̃ iuxta muros Capillum veneris vocatũ
siue q̃ elapsos post alopiciam capillos recreat · vel qd̃ capillorũ
fluores coherceat · vel q̃ sit nigris lenibus cum splendore quasi
capilli nascitur in aquosis locis. Rubea dicta q̃ radix eius sit
rubra · vnde & colorare lanas perhibetur. Est enĩ vtilis puluis
ex eius radice factus siue in cibo sumptus siue potui datus ad
eos qui rabiẽ patiuntur Ancusa cuius radix contrita digitos
inficit ẽ enĩ colore sanguineo · vnde etiã pictoribus ad purpurã
efficiendam vsus est Camelon que latine vascarago vocat̃ eo
q̃ viscum gignat in quo herent aues que ppria voluntate des/
cendunt ad escam Cicuta ppter qd̃ in tirso geniculatos no/
dos habet occultos vt canna sicut dicitur · fossa ceca q̃ occulta
est. Nec potui data interficit · hãc socrates bibit i carcere et exspi/
rauit. Persius dicit. Sorbio tollit quem dire cicute · hec dum ho
minibus venum sit capellas efficit pingues. Trifolum quam

greci trifillum vocant q̃ ſit foliis trinis per ſingulas adnotatio/
nes ¶ Flomos quã latini herbam lucernarem vocant ab eo q̃
licinia faciat. Eadem & lucubros q̃ lucẽ prebeat vmbris ¶ Pi/
retron grece dicta ab eo q̃ habeat radicẽ incendiosam· atq̃ coa/
cerbantem· est enim vtilis in purgandis a flegmate capitibus
hominũ. ¶ Altea malua agrestis siue maluaeuiscus. Sed altea
q̃ in altum surgat. Viscus quia glutinosa est. Nascitur in locis
humectis. Cuius radices adcocte mixte porcino adipi ad suble
uandum dolores vel tumores vulnerum valde vtilis compro/
batur ¶ Origanum q̃ latine colena dicitur propter q̃ infusum
coloret vinum· ¶ Titimallus nascitur i locis humectis· vtilis in
confectione ad purgãda onera ventris. Titimallum vocabulũ
sumpsit q̃ foliorum comam ad radiũ solis circũacta conuertat
Nam greci titan solem vocant mallonam comam ex quo con/
fectum est vt titimallum diceretur. Huius species septem sunt
sed diuersis in locis nascentes. ¶ Stringos que latine herba sa/
lutaris vocatur propter q̃ dolorem capitis et stomachi incẽdia
mitigat. Eadem & vua lupina propter semen vuae simile ¶ Pi/
logomus quã latini herbam sanguinariam vocant q̃ missa in
naribus sanguinem moueat. ¶ Ambrosia quã latini appium
siluaticum vocãt· de q̃ virgilius· Ambrosieq̃ come diuinũ ver/
tice odorem aspirauere ¶ Apiacum q̃ flores eius maxime apes
appetunt· Eadem et porcilata ¶ Rosmarinũ quã latini ab effec
tu herbam salutarem vocant. Folia feniculi similia atq̃ aspera
& rotatim terre prostrata. ¶ Colocasiamẽta agrestis quã greci
calamiten nostri vulgo nepetam vocauerũt maioris virtutis &
vehementis in calore ¶ Genicularis herba substernitur ob scor
pionum vim repellendam ¶ Gladiolus q̃ sit foliis gladii simi/
libus tirso cubitali· floribus p̃poreis· eadem & verbascũ ¶ Aga/
ricum radix vitis albae· eadem & mirobalanum. ¶ Calamitis
lappa lapago lapella veneola orbiorci beta ¶ Afodillos quam
latini a colore albucium vocãt. ¶ Scilla q̃ nocens sit. De· qua
dicit superstitio gentilium qd̃ si integra ad limen suspendatur
omnia mala fugat ¶ Camipedos a grecis dicta q̃ terrae adhe/
reat & odorem pini habeat. Hanc latini cucurbitularem vocãt
qd̃ ex parte cucurbite referat ¶ Stafisagria nascit̃ locis amoenis
¶ Splenos dicta q̃ splenẽ auferat· siue scolopendros eo q̃ folia
ipsius scolopendo alali sunt similia· nascitur in humidis petris

¶ Vuluus appellatus q̃ radix eius volubilis et rotũdus ¶ Sto
eca in insulis stoecadibus nascitur vnde nuncupatur ¶ Cicla/
minos grece dicta a quodam qui ciclos vocatus est·qui p̃mus
virtutem huius herbe inuenit siue q̃ habeat radicem rotundã·
ĝci enĩ cicla rotundũ vocãt·cuius radix aut sucus si vino fuerit
admixtus ebrios facit. Nascit̃ in locis siluosis & agris ¶ Cala/
mitus ampelos leucae siue brioniaquã latini vitẽ albam vocãt·
vel a q̃litate odoris·vel q̃ radix eius cõtrita et corpori infricata
teneriorem & candidiorẽ cutem reddat. Nam & sucus bacarũ
eius lac vberibus siccis reddit. Sed et folia eius aqua calida ma
defacta sanguinẽ vel humorem ex p̃cussione corporis aspergit
¶ Ampelos melana·id est vitis nigra eademq̃ labrusca folia
edere similia in omnibus maior q̃m vitis alba·bacas vel ramos
similiter habens que ĩ maturitate nigrescũt·vnde & vocabulũ
sumpsit ¶ Viticellina herba a latinis appellata·q̃ sicut vitis q̃c
quid proximũ habuerit aprehendat ¶ Corimbis quos anulos
appellamus. ¶ Butalmon florem habet croceum·oculo similẽ
vnde & a grecis nomen accepit·Est autem caulae molle foliis
coriandri similibus. Nascitur iuxta muros ciuitatũ ¶ Klomos
quã latini verbascum vocant·quorum altera masculus albidio
ribus foliis atq̃ angustioribus·altera femina foliis nigris atq̃
latioribus ¶ Ferula vocata a medulla nam illi varro tradit esse
ferule medullam quam apodelon greci vocant. Nonnulli a fe/
riendo ferulam dicunt·hoc enim pueri & puelle vapulari solẽt
Huius sucus galbanum ẽ ¶ Papirum dictum q̃ igni & cereis
sit aptum. Piron enim greci ignem dicũt· ¶ Iuncus dicit̃ eo q̃
iũctis radicibus hereat. ¶ Scirpus a quo segetes teguntur sine
nodo. de quo ennius. Querunt in scirpo q̃ solitti dicere nodũ
Et ĩ puerbio. Qui inimicus ẽ etiã in scirpo nodũ querit. ¶ Fu
cus genus herbe est de qua tingitur. Dicta quia mentit̃ alienũ
colorem·vnde & virgilius. Discet mentiri lana colores ¶ Alga
nascitur in aquis stantibus ita deniq̃ nomẽ sumpsit ab algore
aque·vel q̃ alligat pedes quia crassa est foliis aquã ex parte su/
perantibus. ¶ Vlua et tipus herbe circa fontes q̃ in paludibus
stagnisq̃ nascuntur ex quibus vlua id est alga mollis & quo/
dãmodo fungus dicta ab vligine Tipus vero que se ab aquis
inflat vnde etiam ambitiosorum & sibi placentium hominum
tumor tipus dicitur. ¶ Carix herba acuta & durissima sparto

ſimilis · de qua virgilius · Et carice paſtus acuta ¶ Spartus fru
tex virgoſus ſine foliis · ab aſperitate vocatus volumina enī fu/
nium que ex eo fiunt aſpera ſunt. ¶ Gramē a ſitu potius dictū
q̃ plurimus agrotum ſit · vnde & eum greci agreſtē vocaue/
runt. Licet omnis herba gramē vocatur ab eo q̃ germinet ſicut
robur omnis ligni cutis et ſpecies ab eo q̃ ſit firmiſſima ¶ Filix
a ſingularitate folii dicta · deinde ex vna virgula altitudine cu/
bitali vnum ſciſſum folium gignitur res ſimplicata velut pinna
auena lolium. ¶ Zizania quā poete ſemper infelix loliū dicunt
q̃ ſit in vtile & in fecundum. ¶ Fenum dictum q̃ eo flamma
nutritur · fos. enim flamma eſt ¶ Manipulum dicimus faſcē
foeni · & dictum manipulum q̃ manum implet

De · Oleribus ¶ Ca · x ·

ORtus nominatus q̃ ſemper ibi aliquid oriat̄. Nam cum
alia terra ſemen ī anno aliquid creat · ortus nunq̃m ſine
fructu eſt ¶ Olus ab alendo dictum eo q̃ primū homes
holeribus alarentur antequā fruges & carnes ederent tantum
enim pomis arborū & oleribus alebantur · ſicut animalia her/
bis ¶ Caulis eſt generaliter herbarū vel olerum medius frutex
qui vulgo tirſus dicitur · q̃ altera ſurſum conſcēdat · ex quo de/
riuatum eſt vt ſpecialiter quoddam genus olerū caulis dicere
tur q̃ a tirſus ipſius amplius ceteris oleribus coaleſcit idē creſ/
cit · etenim generale nomē omnis frutex caulis. ¶ Cima dicit̄
quaſi coma · eſt enim ſumitas olerum vel arborum in q̃ vi gens
virtus naturalis eſt ¶ Malua ex parte greco vocabulo appellat̄
apotoimaliſin eo q̃ molliendi aluum ſoluendiq; naturā habet
Cuius ſuco ſi quis ſe oleo mixto perunxit ab apibus negatur
feriri. Folia eius ex oleo trita & impoſita ſcorpionibus credunt̄
adferre torporem ¶ Paſtinaca vocata q̃ radix eius p̃cipuus ſit
paſtus hominis. Eſt enim odoratu iocunda cibo delectabis
¶ Rapa dicta a rapiēdo id comprehendendo. Eſt autem radi/
ce amplior napo. Sapore dulcior & folio tenui ¶ Napus a ſimi
litudine rapae vocatur niſi q̃ foliis latior · & radicis eius guſtu
ſubacrior eſt nominis autem adfinitas ī vtriſq; inde pene cō/
munis quia vtrumq; ſemen in alterum viciſſim mutatur Nam
rapa in alio ſolo vt emilianus ait per biennium mutatur in na/
pum · Alio vero ſimiliter napus tranſit in rapam ¶ Napocaulis
ex duobus oleribus compoſitum nomen habet. Quia dum ſit

ſapore napo ſimilis non ı radice ·ſed ın tırſo cóſcendıt vt caulis
¶ Sınapıs appellatur eo ꝙ ſıt ſımılıs folııs napıs. ¶ Raſanum
greci nos radicem vocamus ·eo ꝙ totus deorſum nıtıtur dum
relıqua olera ı ſumma magıs proſılıát ·Cuıus ſemıne macerato
quıuſq; manus ſuas ınfecerıt ſerpétes ımpune tctabıt ·ſıq dem
ex ıpſıus radıce etıá ebur albeſcıt ın cıbo quoq; venenıs obſıſtıt
Nam cótra venena radıces nuces lupını ·cıtrū ·proſunt & apıū
Sed contra futurum non contra acceptum venenum ·vnde &
apud veteres ante alıas epulas haec ſolebant menſıs adponere
¶ Lactuca dıcta ꝙ abundantıa lactıs exſuperat ·ſeu quıa lacte
nutrıentes feminas ımplet ·Haec & ın vırıs venerıs vſum co/
ercet· ¶ Lactuca agreſtıs quá ſarralıa nomınamus ·ꝙ dorſus
eıus ın modum ſerrae eſt ¶ Intubus grecum nomen eſt ꝙ ſıt
ıntus tofus ¶ Cepa vocatur quıa non alıud ē nıſı tantū caput
¶ Aſcalonıa nuncupata ex vna vrbıum paleſtıne que aſcalon
dıcıtur ·vnde primum advecta eſt· ¶ Alıum dıctum ꝙ oleat
¶ Olpıcum appellatum ꝙ alıı odorem habeat ¶ Faſelos vocarı
aıunt a faſaelo ınſula grecıe ·vbı non procul mons olımpus eſt
¶ Porrum cuıus duo genera .Capıtatus· & ſaectılıs. Saectılıs
paruus. Capıtatus maıor. ¶ Beta apud nos oleris genus apud
gcos lıttera. ¶ Blıtum genus oleris ſaporıs euanıdı quaſı vılıs
beta ¶ Cucumeres ꝙ ſınt ınterdum amarı quı dulces naſcı p/
hıbentur ·ſı lacte mellıto eorū ſemen ınfundatur· ¶ Cucurbıta
appoperes. Sane paepo melıpepo ·ocınum greca nomına ſunt
& orıgo eorum latınıs ıncerta olus molle. ¶ Atrıplex braſıca
olıaſtrum ¶ Naſturcıū ſapor appellauıt ꝙ acmonıa ſuı naſum
torqueat. ¶ Fungı ꝙ arıdı ıgnem aceptū cōcıpıant .Fos enım
ıgnıs eſt ·vnde & eſca vulgo dıcıtur ꝙ ſıt fomes ıgnıs & nutrı/
mentum. Alıı dıcunt fungos vocatos ꝙ ſınt ex eorum genere
quıdam ınteremtorıı ·vnde & defunctı ¶ Tubera tumor terrae
prodıt eaq; cauſa ıllı nomen dedıt ¶ Volıı appellatı ꝙ ſınt vo/
lubıles et rotūdı ¶ Aſperagus ꝙ ſıt ſpınoſa et aſpera frutex eıus
ex qua gıgnıtur. ¶ Caparıs a grecıs nomen ſumpſiſſe vidēt ꝙ
habeat ın ſummıtatıbus rotunda ſemınum capıtula ¶ Arbor/
raca hocē lapſana ·lapıſtrus lapatıa hec ın cıbo ſumpta ſtoma/
chum confortat ·venerem reprımıt ¶ Cardus genus herbe ſpı/
noſe ·huıus natura mordax ·& cum auſtera eſt mollıs frıgıdus
& ın dıgeſtus ſucus eıus alopıcıas curat. ¶ Eruca quaſı vruca

q̃ ignite sit virtutis et in cibo sepe sumpta veneris incaendium moueat. Nuius spaecies due sunt·quarum altera vsualis altera agrestis acrioris virtutis. Vtraq; tamen veneris commouent vsum

De·Odoratis·oleribus Ca·xi

Apium dictum q̃ ex eo apex id est caput antiquorum coronabatur triumphantium. Hercules autē hanc herbā primus capiti circumtulit. Nam nunc capiti populum preferebat nunc oleastrum·nūc apium cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Eius genera sunt·petrosilenon ipposilenon·lenon & oleosilenon Petrosilenon vocatum q̃ sit similae apio. Et nascitur in paetris montibusq; preruptis·qd̄ nos petrapium dicaere possumus Sillenum enim grece apium dicitur·sed summum ac probabile macedonicum gustu suaue et odore aromatico. Iposilenon dictū q̃ sit durū et austerum Oliosilenon q̃ sit mollior folio & caule tenerum Feniculum latini vocant q̃ eius tirsi seu radices sucus accuat visum. Cuius virtus traditur vt serpentes annuam senectutem eius gustu deponāt. Hoc olus greci maratron vocāt Ligustinum a regione nomen accaepit. Nascitur enim plurimum in liguria·odore aromatico·gustu acri Anesون vt dicunt greci siue vt latini anesum herba omnibus cognita accerrime feruēs Menstrualis anetum ciminum·coriandrum ex greco nomie sumptum qd̄ illi corian vocāt. Cuius semen in dulci vino datum proniores reddat in veneré. Si supra modum dederis amētiam mittit. Canos etiam & coriandro infici traditum est. Abrotanum caerefolium. Ruta dicta q̃ sit feruentissima. Cuius altera agrestis·atq; virtute acrior. Sed vtraq; feruentissime comprobant·hanc venenis repugnare mustele docēt. Que dum cū saerpente dimicauerint cibo eius armantur. Saluiamulam q̃m rustici alam vocāt·radice aromatica odoris summi·cū leui acrimonia Menta huius genera sex Finit liber·xvii·

INCIPIT·LIBER·XVIII·DE·BELLIS

Ca·i·

PRIMVS·BELLA·INTVLIT·NINVS·ASSIRIORVM·REX·IPSE·ENIM·FINIBVS·SVIS·NEquaq̃m contentus humanae societatis fedus inrūpens exercitus ducere·aliena